

peras Macedonibus bellandi peritis, at ego Scythis, qui cum fame, & cum siti pugnare valeant. Significans, hac parte Scythas ad bellum esse magis idoneos. Plutarchus in Apoph.

ANTIOCHUS ostendebat in campo copias, quas bellum contra Romanos suscipere comparaverat, nempe exercitum insignibus argenteis, aureisque florentem, inducebatque etiam curus cum falcibus, & elephantos cum curribus, equitatumque frenis, ephippiis, phalerisque præfulgentem. Atque ibi Rex tanto namque ornato exercitu gloriabundus, Hannibalem aspexit, & Putafne fati inquit, esse Romanis hæc omnia? Tum Pænus ignaviam, vanumque apparatus militum irridens: Planè, satis esse credo hæc Romanis, et si avarissimi sunt. Bruf. lib. 2.

PESCENNIUS interrogatus, cur omnia vasa argentea à castris amovisset? qui inquit, potuisset fieri ut farcinæ militares in potestate ho stium venirent, fierentque barbari argento nostro gloriosiores. Bruf. lib. 2. cap. 32.

M. CATO videns quendam vehementer obefum mirabatur, cui usui tale corpus esse postet Reipubl. cujus inter guttur, & inguen omnia venter occupat. Erafm. lib. 5. Apoph.

B. Multis OTHONEM Imperatorem rogantibus, ne deposito imperio exercitum, ac Rempublicam desereret: Quidam è gregariis militibus sublato ense dixit, Scito Cæsar, sic pro te omnes animatos esse: moxque seipsum jugulavit. Suet.

ALEXANDER Severus, Miles, inquit, non timet, nisi vestitus, armatus, calcatus, fatur, & habens aliquid in zonula. Lampr.

Audace quodam milite vulnus ATHENIENSIBUS ostentante. Et me, inquit Timotheus, puduit quod cum ego in Samo Dux vescer essem, catapultæ telum propè me ceciderat. Significans, hoc vulnus illi non factum in prælio cominus pugnantium, sed procul. At bono duci adeo cavendum, ut ne propè quidem jaculum ullum possit accidere. Vulnus gladio factum fortitudinem arguit: telo factum catapultæ, indulgentia signum est. Plut. in Apoph.

CYRUS minor, ajunt, ipsum dicere solitum, quod oporteat militem magis meture Duce[m] quam hostes, si talis fit futurus, ut custodias servet, amicis abstineat, & hostes citrà tergiversationem aggrediatur. Xenoph. lib. 2. exped. Ciri.

PHOCION, cum militem è suis relicto ordine in hostes prodire conspexisset, eundemque conspecto Macedone pedem retrahere: Te, inquit, hominum ignavissime, num his jam deserti ordinis pudet? Nam & quem Imperator tibi decereat, & quem tutè tibi locum delegeras, reliquisti. Plutarch.

XERXES, cum Xerxi nuntiatum esset, quàm fortiter quamque etiam feliciter Artemida rem gessisset in pugna navali, dixisse fertur: Sibi feminas fuisse viros, contra viros fuisse feminas, quod parum dextrè se gessisset. Herod. lib. 9.

MYRONIDES creatus Dux exercitus adversus Bæotos edixit, ut Athenienses exirent. Cùm autem adesset congregandi tempus, ducesque monerent, nondum omnes adesse; Advenit, inquit, qui pugnaturi sunt. Hos itaque cùm videret promptos, hostem aggressus vicit. Sic interpretans, eos, qui ob ignaviam non studuissent tempètivè adesse, ne in pugna quidem bonam operam navaturos. Plut. in Læon.

Cùm ob turbatos in Marcelli copiis videtur HANNIBAL exstitisset, reversus in castra Marcellus, convocato exercitu, ait: Se quidem multa Romanorum arma & corpora, Romanum verò videre neminem.

D. HANNIBAL. Gisconi nunciatis, sibi admirabilem videri Romanorum instructorum ad pugnam numerum? Immo aliud, inquit, mirabilis te fugit. Quidnam hoc esset, sciscitanti Gisconi. Quod ex tam numerosa, inquit, hominum multitudine nullus appellatur Gisco. Is Ducis jocus multum timoris detraxit, multumque alacritatis addidit militibus. Idem.

SALINATOR, cùm ob ejus ignaviam, & incuriam Tarentum à Romanis defecisset, arcem tamen retinuit: cùm verò aliquot post annos Fabius Maximus oppidum pulso Hannibale receperisset, rogaretque eum Salinator, ut meminisset, opera sua Tarentum recepisse: Quidni? inquit Fabius. Nunquam enim ego recepissem, nisi tu amiffisses. Notavit tacite Livii ignaviam. Plutarch.

C. CRASSUS militem videns sine gladio currentem: Heus inquit, commilito, pugno bene uteris, festiviter taxans in-

mem militem, cui pro gladio pugno sit utendum. Erafm. lib. 6. Apoph.

Vide supra. Militum Delectus pleraque.

Minæ.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

MINÆ, ἀπειρά, sunt comminationes, & metus incussi per verba, aut signa. Plautus in Trucul. Melius te minere cettare mecum, quam minaciis. Et in Rud. minacias ego istas flocci non facio tuas. Gall. Menaces.

\* ΑΡΟΡΗΘΕΓΜΑΤΑ.

CHILON dicere solebat, nulli minandum esse, non solum quod mulierum videatur esse potius quam virorum, verum etiam quod militari ei, cui velis nocere, est inimicum admonere, ut sibi caveat, tibi que ipsi lædendi facultatem adimere. Amicis autem minari, parum est humanum, rectè tamen minatur, quoties aliquem hoc remedio correctum esse cupimus, & hac pena decrevimus esse contenti. Laert. lib. 1. c. 4.

DIOGENES. Dicente ei quodam valdè jactante, uno ego ictu caput tibi perfingam: At ego, inquit, à smitris afflans te tremere faciam. Laert.

POLYDORUS Alacemnis F. cùm audiret quendam in hostes minas effundentem: Non intelligis, inquit, te maximam vindictæ partem frustra consumere? Qui enim statuit inimicum ulcisci, minis nil aliud efficit, nisi ut præmonito inimico, sibi minuat lædendi opportunitatem. Plut. in Læon.

DERCILIUS Orator missus ad Pyrrhum Epitrotarum Regem, qui jam exercitum in regionem Spartanorum induxerat, ut cognoscerent, quid sibi vellet: cùm Pyrrhus diceret, ut Regem suum Cleonymum reciperent, hunc in modum respondit. Si Deus est Cleonymus, non timeamus ipsum, nihil enim fecleris in eum commisimus, sin homo est, profectò nihilo nobis præstantior & bellicosior. Quo dilemma te irrisit superbas Regis minas. Qui enim superbiè minatur aliis, videant, ne id, quod aliis minantur, in ipsos recidat. Plut. in Læon.

EPICETUS, Si quem, inquit, cum minis, & imperu volueris aggredi, memento præmeditari humanum esse tibi, manufactumque ingenium, & quod pernicitudo damnumque te sequutura sint, si quicquam immane commiseris. Stob. ferm. 20.

PHILIPPUS, multa questus apud Romanorum legatos de G moribus, & calumniis theffalorum, tandem elatus ira, hanc vocem adiecit: Nondum omnium dierum solem occidisse. Hic sermo non theffalis modo, verum etiam Romanis suspectus, utriusque gentis fremitum excitavit. Tit. Liv. 4. Decad. lib. 9.

Quemadmodum quod sine fulmine erumpit tonitru, quamvis aliquem terrorem incutiat, periculo vacat: ita quondam imbelles Minæ. Sentiebat id Fredericus Rogerius; qui, ut erat totus Martialis, & acer, nihil minoris æstimabat, quàm imbelles quorundam comminationes, cunq[ue] ad eum horum, aut illorum Principum minæ, dictæriæ deferrentur; Minarum, dicebat, strepitus, asinorum crepitus. Nicol. Reufer. Beyerlink in Apoph.

Petrus Aldobrandinus Cardin. Viro autem forti nihil derogare minantis auctoritate, suo dicto asserbat, erat autem tale: Vir forti adamanti permissis, qui neque ferro infrangi, neque in igne absumi potest. Ita Leonidas Persæ cuidam minitanti, quod Lacedæmonii de postero ex telorum imbore solem visuri non essent. In umbra igitur, respondit, commodo pugnabimus. Henr. Farnes. in Apophibeg. de Principe. Beyerlink supra.

MINARI, COMMINARI.

Minarum sub Loco Veritatis, Occasiones Veritatis seclari: itidem sub Loco Severitatis, & Morositas, meminimus.

QUID. MINARI

Suspensum.

Circa an. fal. 1349. in SAXONIA Episcop. Halberstadenfis adversus Comites de Regenstein bellum susceperat. Comites nocte sacra Domini natalis, cùm omnes divino interessent officio, murum civitatis aliquot locis perforatum ingressi, cives multos cepere, resistentes interfecere. Episcopus Ducem militiæ habebat virum fortem, qui multa damna Comitum irrogat.

garat. Sanctè juraverat Comes, se illum captum, arbori proxima appensurum. Non abiit annus, cùm equis viribus in campo congressi præliarentur, & comes superaretur. De arbore volens suspendere comitem præfectus, cum nullam reperiret, gladio transfossit, lanceæ in terram fixe velut appensum aligavit. Crantz. lib. 9. Saxonia cap. 28.

MAGNUS Dux Brunsvicensis, Magni F. consilio majorum ad Ducatus Luneburgensis administrationem vocatus, omnium expectationi probè respondit. Sed ita insolentia ejus crevit, ut Albertum Venceslai Saxonis eo repudiato susceperim. Pater multis literis cum monuit, ut ad sanam mentem rediret: ad extremum etiam minis, fure ( ut ajunt ) semper ad manum habito, ut ubicunq[ue] filium obvium haberet, in proximam arborem appenderet. Filius eas patris minas risu fertur excepisse, catenam argenteam in collo semper ferens, ut pater teste ad te jugulandum argenteo uteretur. Unde cognomen traxit, ut Dux Catenatus diceretur. Tandem acie ab Othone de Scovengbor casus est. Crantz. lib. 9. cap. 36. & 39. Saxonia.

HUSTIE, Nicolaum ab Hulfynce subornarant, ut apud Regem Venceslavi VI. ageret, quo illis liceret plura loca facra occupare, in quibus commode pro multitudine populi calix distribui posset. Respondit Rex ei, Quamvis tenuiter indixit torques, nequaquam mihi tamen adeo hebetes oculi sunt, ut vel tenuissimè deducta fila haud cernam, non unde tu, quemadmodum fortasse speras, telam texas, sed laqueum collo induas, si nere, ut capisti, perseveraveris. Nicolaus, qui nosset Regem non frustra minari, repente se è conspectu illius subduxit, & auctor suis fuit in montem Tabor recedendi. Dubravius lib. 23.

Tabem.

Baptista Zileus Juris. consil. 79. cujusdam Germani Antonii Zund exemplum adducit, qui necis Valentino cuidam illata accusatus est, eo quod paulo ante mortem illius dixisset, non esse preteriturum annum, qui ille tanquam baculus exarefceret, itaque ille obiisset. Fuit autem Magnus in questionem rapus ob comminationem illam. Bodinus lib. 4. Dæmon. c. 4.

Bellum. Indicere bellum.

LYSANDER Argivis, qui de controverso agro ad ferre videbantur quàm Lacedæmonii aequiora, districto gladio: Qui C. hoc inquit, postea, hic de agri finibus dicto optime. Plutar. in Apoph.

GRÆCIS in usu fuit, ut Fœdiciales post res repetitas, si ad constitutum diem non darentur, arietem hostium agris statim immitterent: eoque modo bellum indicunt, & armis uti liceat arbitrabantur. Alex. lib. 5. cap. 3.

CORINTHIS, & plerisque aliis gentibus per caduceatorem bellum indicatur: qui in pacis argumentum, caducum circumdata effugie anguinium invicem, connexorum deferebat. Ibidem.

A LACEDÆMONIS per præcones sæpè bellum indicuntur est: apud quos mittere legatos cum lana, comminatio confabatur, nisi paritum fuisset, se mandata exequuturos. Ibid.

Apud CARTHAGINENSES hastram mittere, vel caduceum, belli, pacisque signum erat. Ibid.

GALLORUM mos fuit, ut Druidis jubentibus, cùm bellum indicendum foret, armatum concilium indicerent, penes quos arbitrium bellorum, & pacis erat: qui novissimus accederet, novis exemplorum modis afficeretur. Hæc principium bellorum esse, & arma legitime indicenda putabant. Ibid.

ROMANI bellum susceperunt, Jani portas recludende, variis adhibitis ceremoniis. Ad Jani enim templum, bellum suscepturus consul, frequenter Senatu, primoribus patrum, ac militibus comitatus accedebat. Ipse cinctus ritu Gabino, solemni more fores templi recludebat. Is verò amictus erat, toga super tergum sic rejecta, ut lacinia revocata hominem cingeret. Qui habitus, & vestitus ex eo sumptus ortum, quod Gabini, cùm operarentur sacris, repente hostium incurto, ut erant accincti zonis, ab aris ad prælium profecti, insignem de hoste reportarent victoriam. Amæ adem Bellone versus portam Carmentalem Columna marmorea erat non magna, quam Bellicam vocabant, ad quam bellum auspiciatur conveniebant, & hastram post tergum in eam pariter, quam bello petiuri essent, mittebant. Hinc Ovidius:

Prospectis à tergo summum brevis area Circum, Est ubi non parva parva columna nota. L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

Ille solet hastram manu belli prænuucia mitti in Regem, & Geniem, cùm placet arma capi. PYRRHUS Ligorios lib. de Circis. Præterea ancilia in Martis sacratio, aut in Curia Saliorum movebantur prius: quasi eo motu Martem, aut in sua sede excitent, eoque proprio, & volente arma expediti, legiones conscribi, exercitus parari, atque omnia hostilia esse designarent. Alex. lib. 1. cap. 36.

Repetendarum rerum, bellique indicendi ratio talis apud Rom. fuit. Fœdiciales (quos Oratores nuncupant) verbena coronatos mittebant, ut deos fœderum ultores testes facerent. Ex quibus verbenarius gramen, cum terra avulsim ferebat ex arce, legatusque ubi ad eorum fines, unde injuria orta erat, venisset, aperto capite lanceo velamine. Audi, inquit, Jupiter, audite fines (at cujus sint populi nominat) audiat fas, Ego publicus sum Pop. Rom. nuncius, justè, pieque legatus venio. Peragit deinceps postulata: unde Jovem testem facit. Si ego injustè, impièque illos homines, illaque res dedid. P. R. exposco, nunquam me patriæ compotem esse finas. Hæc cum fines transcederet, cum aliquis occurreret, cùm portas urbis ingrederetur, hæc ubi foris ingressus esset. Tum si quos poposisset, non dedit essent, tribus & triginta diebus, tor enim solennes erant, præactis, ita bellum indicibat. Pater patratus fœdicialium princeps coronatus verbenas: Audi Jupiter, & Juno, Quirine, & Dii cœlestes, terrestresque, vosque inferni dii: Ego vos testor, populum, (ac tum quis esset nominabat) injustum esse, neque jus perolvere. Sed de his rebus in patria majores natu consulemus, quo pacto jus nostrum adipiscamur. Tum eo Romam reverso, de bello in curia consultabatur. Quod si ut pium, justumque decretum esset, fœdicialis hastram ferro præfixam ex sanguine arbore præstantam habens, ad eorum fines, quibus erat bellum indicendum, reversus, tribus, nec minus, puberibus præfentibus dicebat: Quod populi præcorum Latinorum, hominesque præci Latini Pop. Rom. Quiritum vim fecerunt, deliquerunt: quod Pop. Rom. Quiritum bellum cum præcis Latinis justè esset, Senatufve Pop. Rom. Quiritum, consensu, consensit, consensit, ut bellum præcis Latinis fieret: ob quam rem ego, popululque Rom. populo præcorum Latinorum, hominibusque præcis Latinis, bellum indico, facioque. Idque ubi dixisset, hastram in eorum fines contorquebat. Hæc Livii verba ex Annalibus, ut credo, ab eo accepta. Gell. lib. 16. cap. 4. Nostium Atticarum, parum ab his discrepant, ex Cincii lib. 3. de re Militari recent. Sab. lib. 4. Etm. 2. Vide Plut. in Numa, & Problema. 62.

FRIDERICUS I. contra Mediolanenses exercitum ducentem, sed missis legatis veniam deprecantibus, Anselmus Episcopus Ravennas cum Papiensibus, & Cremonensibus à misericordia avertit, cùm polyphis similes diceret, pro motu quemcumque colorem amulantes. Ergo Imp. pro usurpato tunc Cæsaris more, chiroteca manu detrahta, & in medium projecta, hostes imperii Mediolanenses declaravit, justitque legatos eorum illa hora castris discedere. Dubrav. lib. 13.

Conveniant Veronam LUCIUS Papa, & Imperator Fridericus I. Venit eo nuncios Saladinum Egypti Sultanum, qui se in literis suis Saladinum, Felicem, Josephum Egypti, & superbi dominatorem Damasci nominabat, & Principem Babylonis: minatus, se repetiturum Hierosolyman, quam ad se afferbat hereditario jure pertinere jam inde à Sara, in fine literarum subjungens: Sic me adjuvet Propheta meus Mahumet. Neque quicquam cunctatus, quod minatus erat perfecit, Hierosolyman cepit, cunctantibus Christianis, anno 1187. Crantz. lib. 7. Metropol. cap. 10.

Dux Moschoviz DEMETRIUS Juvanovvitz potentia sua elatus, minatus est, scarmata manu uno mense clastro Olgerdi Magni ducis Lituaniæ ditiones vastaturum, & Olgerdum in Vilna gladio, & igne sub Paschatis tempore visitaturum, Olgerdus tunc temporis in Vitebska agens, fomitem accensum illi misit, antequam ille extingueretur, se Moschoviz futurum, arcique ejus hastram illufurum professus. Confessum ergo Moschoviam contendit, caque obfessa tyrannum compulit ad pacis conditiones: hastram ipse met ad arcem fregit, sinibusque Lituaniæ ultra Mozaiksum sex milliariibus ex una parte promotis, à Moschovia urbe duodecim milliariibus, ex alia ad Ukram fl. in Lituaniam triumphator rediit. Univerfam verò Russiam ditioni suæ subjugavit, cujus Principibus olim Lituani tributa solvere cogebantur. Guagninus in descriptione Lituaniæ.

**A** Pugnam. Romani obsessi ab Alarico Gotho, & fame coacti, legationem ad Alaricum destinaverunt, docentes, & Senatores paratos esse ad pacem accipiendam, si tolerabilia imperaret, & populum ad pugnam faciendam, si illius copiam faceret. Quibus Alaricus auditis, utque in primis, quod populus paratus ad conferendum prælium esset ingenti effuso tritu respondit, se nihil ea re commoveri: nam ipsius fœnem rariore facilius deficiari, pacem autem se aliter dare nō posse, nisi omne aurum, atque argentum, quod in urbe foret, atque omnem suppellectilem, & mancipia barbara univerfa ad se deferent. Quem cum alter legatorum rogasset, si hæc Romanis abstulisset, quid tandem relicurus esset? Animas, inquit. *Sigonius de Imp. occid.*

Rege Gallorum CAROLO VIII. Florentiæ suscepto, affectoque omnibus humanis honoribus, Florentini de fœderis conditionibus agere cœperunt, certatumque est aliquandiu, & subinde liberi hominis inter armatos vox audita. Cum enim Galli periniquas condiciones dicere viderentur, ob idque abnuntiibus insolenter obtreperent, Petrus Caponus indignabundus, libellum conscripti fœderis palam laceravit, & ad clara voce: Postquam Galli vi agere, atque impotentis contendere vellent, non defuturos, qui campani æris fonitū, tubarum cantibus essent responsuri. Sed demum cum Rege fœdus ea conditione percussus est, ut Florentini centum, & quinquaginta millibus aureorum nummorum in bellicos sumptus Regem juvarent. *Jovius lib. 2. Histor. Accusationem.*

*Plutarchus in vita Themistoclis*, narrat illum aliquando dono rogasse eorum à Philide nutritore eorum. Eum is ubi negasset, comitatum fuisse, se brevi ex illius domo facturum equum dūperatorem: significans se crimina ipsius, ac domesticorum prolaturum in luce. *Erasm. in Adagis.*

*LOCIANUS* in Pseudologista scribit, Archilochum Poetam, jambographum, & ad malè dicendum egregiè instructum, euidam, à quo fuerat convicio provocatus, ad hunc modum respondisse, & ἀπὸ τῆς γλώσσης αὐτοῦ ἐκπορεύσας, Cicadam ala corripuit. *Erasm. in Adagis.*

QUIBUS.

**C** Regibus. JOACHIM Rex Judæorum Hieremiæ librum Propheticum, vastitatem Hierosolymis denunciante, consilium cultro in ignem abjecerat. Eapropter Hieremias illi minatur: Quoniam tu combustisti volumen illud, non erit ex te, qui sedeat super solium Davidis, & cadaver tuum projicietur ad æstium per diem, & ad gelu per noctem. *Hierem. cap. 37.*

*Poetis.* *Astionius Pedianus in orat. pro Milone*, refert Nævii Poetæ senarium jactatum in familiam Metellorum, quod consules designarentur arbitrio fortunæ, quæ campi domina dicitur, ærius, quam suis meritis.

*Fato Metelli Romæ sum Consules.* Ad id tum METELLUS Consul iratus respondit senario hypercatalæctico, quem ait & Saturnium appellari: *Dabunt malam Metelli Nævio Poetæ.*

Ad id rectè allufit M. TULLIUS, cum ait: Te non fato, ut cæteros ex nostra familia. *Erasm. in Adagis.*

*Uxor.* C. CALIGULA, quociens uxoris, vel amiculæ collum excocturo laretur, addebat: Tam bona cervix, simulac jussero, demetur. *Suetonius in Caligula.*

*Filiis.* CHORUM exules, qui venerant Spartam, Padaretum graviter criminabantur. Quibus mater acceptis Teleucia, auditique eorum querelis, ut filium in noxa esse, est ei probatum, scripsit ei: Mater Padareto. Aut rectius age, aut ibi manè, deposita spe saluum posse te Spartam redire. *Plutarch. in Læcænarum Apophthegmatibus.*

SPARTANA, quæ filium intellexerat apud peregrinos improbe versari, scripsit: Turpis de te fama vulgata est: hanc discute, aut noli vivere. *Idem.*

QUOMODO.

*Simpliciter.* PHILIPPUS Rex Theffalis respondet, minacem hanc clau-

sulam adjecti: Nondum omnium dierum solem occidisse: *Erasm. in Adagis, ex Livio Dec. 4. lib. 9.*  
In TRUCULENTO Plautina militi atrociter minantim Coquus respondet: Sisti in legione bellatoris visus, at ego in culina Arco. Auxit coquus bellatoris verbum. Mars enim Deus bellus est. *Erasm. in Adagis.*

*Cum conditione.* Apud PERSAS summum fuit supplicandi genus, quod abnucere nefas esset, si ignem tenens supplex, atque annem ingressus, denunciaret, si rejectus esset, ignem se in aquam misurum. Afflequebatur enim, quod postulatbat voti compos, minarum causa, ut nefariam, & à natura abhorrentium, plecebat. *Plutarch. de primo Frigido.*

*Jamblicus in Mysteriis* scribit narrare PORPHYRIUM, Sacerdotes Ægyptios consuevisse violentis quibusdam minis adversum superos uti, veluti, Nisi vos ita feceritis: vel contra, Si feceritis aliquid, cælos confringam, vel occulta lîdis patefaciam, vel arcanum in abyso reconditum divulgabo: aut siltam barim, id est, Nymph quandam apud Ægyptios vocatam, aut membra Ofris, Tayem quondam apud Ægyptios ferò Jamblicus negat in Deos eadem ejusmodi minas dirigi: sed esse in mundo genus quoddam potestatum valde indocerum, & inconsideratum, quod minationibus læcilem proinus irritatur, & efficit, quod jubetur. *F*

QUANDO. IN

*Funere.* ATHENS cognati eorum, qui violenta morte perissent, in efferendo funere hastam adhibebant, aut in tumulo desigebant, eaque ratione interfectoris ultionem denunciabant. *Suidas in voce ἐνταφία.*

*Periculo.* Ann. sal. 704. Juxta SIGEBERTUM, cum Justinianus Rhinometerus Imp. Constantinopolitanus Chajano Bulgæ Imper. Regem fugiens, in navi esset, & tempestas cohorta periculum extremum minaretur, Majaces fatelles ejus inquit: Ecce moritur, Domine: voce Deo pro salute tua, si Deus imperium tibi restituit, te nullum ex inimicis tuis perempturum. At ille respondit: Si peperero vel uni eorum, Deus hoc loco demergat. Vix dixerat, quin fluctus quieverint, & ipse absque discrimine Danubium transivit. *Paul. Diac. lib. 20. Zanar. Tom. 3.*

\* Ministri. Ministerium.

\* DEFINITIO, ETYMOLOGIA, & ACCEPTIONES VARIÆ.

**M**INISTER, qui inservit, servus, qui ministrat Ecclesiæ politiæ, familiæ, cuidam, & dicitur, dicitur, dicitur. Hebræi Sacris inservientem, Ecclesiæ ministrum, *Cohen* appellant, à verbo *Kiben*, sanctus est Sacerdos, administravit, in Sacris ministravit. 2. Quidam ministrum appellant *Meschareth*, à verbo *Scherech*, id est, ministravit in templo, & cultu divino. Magistratum, aliorumque ministrorū publicæ societatis, ut est servorum in familiis, privatis nomina vocibus exprimantur. *Scharath* dicitur ministerium sacrum, quod est eorum militia. Hinc *spartia*, *spartia*, militia, servitus, cultus.

Nonnunquam ministerium, & ministrare, in Scriptura accipitur, ut fit idem quod sacrificare. Quomodo *Ab. c. 13.* priusquam Spiritus S. jussisset segregari Paulum, & Barnabam in opus, ad quod eos assumpterat, dicit Lucas, quod erant H ministrantes Domino, & separantur. Ubi apud Græcos codices legitur *ἀστυπύριον*, id est, sacrificantibus, & fit hic mentio de angustissimo novæ legis sacrificio, unde verbum *ἀστυπύριον* Græcè, semper explicatur apud Latinos per sacrificium, sive Missam. Videatur *Geor. Casander in Liturgia. Jacobus Pamelius in Liturgiis.*

Etiã ERASMUS, quod pessimè habet Bezam; ita hunc locum exponit, & Henricus Stephanus fatetur in historia Ecclesiastica, illud verbum *ἀστυπύριον*, Cœnam Dominicam significare. Favet & Catholicus Græcæ Metaphrastes, in eum locum. Præterea Syriacum *Metebeschim* significare solet, ut docet Boderius in Lexico Syr. Exercetis actionem, qua vel sacrificent, vel preces concipiant.

MINISTERII SACRI OFFICIA.

Ministerii opera in veteri, & novo Testamento erant. Primo, Docere verbum Dei, & administrare Sacramenta, *Exempla:*

*plâ: Levitic. & Sacerdotes, 2. Paral. 17. 9. Ezech. 44. 23.* Petrus, & Apostoli concionantur penitentiam, & remissionem peccatorum, *Act. 2. 38.* baptizant credentes, v. 14. perseverant in fractione panis, v. 46. Paulus summam sui officii recitat, *Act. 20. v. 10. 21. & 26. v. 19. 20.*

Secundo, Refutare impia Pseudoprophetarum, & falsorum Doctorum dogmata. *Exempla.* Elias, *1. Reg. 18. v. 21. 22.* Jeremias jussu Dei refutat Pseudopropheta regum vicinia, qui afferebant, Deum non puniturum gladio, & fame Jerosolymam. *Jerem. 14. v. 12. & c.* Ananiam graviter refutat, *28. v. 15. 16.* Ezechiel similiter refutat Pseudoprophetas, & Pseudoprophetissas, *Ezech. 13. v. 3. 18.* Stephanus Scholasticos Libertinorum, Cyrenentium, Cilicium, & c. refutat *Act. 6. 9. & c.* Paulus confundit Judæos, & refutat Græcos, & demonstrat Christum esse filium Dei, *9. 21.* Idem cum Barnabæ, & aliis Antiochiæ refutat Pseudopostolos, *15. 2.* quod ipsum in Epistolis etiam suis strenuè, & seriò agit. Apollo vehementer revincendo Judæos, ostendens per Scripturas, quod Jesus esset Christus, *Act. 18. 28.* Petrus refutat Pseudodoctores, *2. Pet. 2. v. 1. 12. & c. & 3. & c. 4. v. 2. 3.* Joannes refutat Antichristi doctrinam. *2. Joann. v. 7.*

Tertiò, Hortari ad conversionem, & Pœnitentiam. *Exempla.* Propheta, *Jer. 25. 15.* Osee, *Ose. 5. 1. & 6. 1. & 14. 2.* Baruch, *1. v. 13. 14. 15.* Joel, *Joel. 2. 12.* Joannes Baptista, *Matth. 3. vers. 17.*

Quartò ad ministrum Ecclesiæ potissimum ad illum, qui aliis præest, non solum necessaria est doctrina, & vice sanctitas, quæ tamen ut eum fructu ministerium suum impleat exquirat, sed prudentia, ut domi suæ præse sciatur, nihilominus omnia secularia, mundanæque noscat, ut ait *Christ. lib. 6. de Sacerdotio*, tanquam qui in media hominum turba versatus, & rerum omnium humanarum securior vivat, quam Monachi, qui montes ipsos habitando occupantur. Nam cum illum necesse sit illorum hominum consuetudine, & congressione uti, qui & uxores habent & liberos alunt, & servos possident, quique & divites admodum sunt, & publicè negotiantur, & potentia pollent, cerè cum variis esse convenit. Ita quidem Christofostomus de Episcopo, sed suo modo ad alios transferri potest, quia ad aliquam in Ecclesiâ sollicitudinis partem vocantur.

**C** De Missione necessaria ministrorum: *Ex litteris Credentis, hoc est miraculorum productione, videatur Locus de Miraculis. Tit. Necessitas: & Locus de Missione.*  
MINISTERIUM MENSARUM.  
In Primitiva Ecclesiâ quando ij, qui ad fidem convertebantur certatim facultates suas deterebant ad pedes Apostolorum, sic ut essent illis omnia communia, Apostoli fidei eorum dispensationem invigilabant, ut culibet de necessitatibus provideretur; quod appellatur ministerium mensarum *cap. 6. Actuum Apostol.* & ad illud exercendum Diaconi deputabantur, ut ibidem patet, cum prius Apostoli per se illud obtinent: verum cum multum negotii illis faceret istiusmodi ministerium, utpote occupatis prædicatione, & oratione, constituerunt septem viros boni testimonii de numero ipsorum, super illud opus; hoc ad ministerium elemosinarum quotidianum; comprehendent enim ministerium mensæ hic, omnia ad victum necessaria.

Cum autem mensa hæc communis coincideret cum Sacramenti Cœnæ Dominicæ, nam ea sumpta, solebant unâ convivari, colligunt, Diaconos ministeria utriusque obisse, eoque communi DD. opinio propendit, scribentium in locum illum Actorum.

MINISTRI JUSTITIÆ.

☞ Vide Libros.

\* Minores.

QUI.

**N**omen Minorum variè usurpatur. Jurisperitis familiaris acceptio est, ut Minores dicantur, qui sunt ætate tales, qui annos xxv. nondum expleverunt; unde adversus tales non currit præscriptio: eique conceditur restitutio in integrum, si ex aliquo contractu damnum notabile acceperint.

Minores Grammaticis etiam habentur subditi, & quivis inferioris sortis respectu superiorum, magistralis videlicet Principis, magistrorum.

Inter Religiosos Ordines vocantur Minores, qui vulgò *L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.*

Franciscani: siquidem illorum institutor, suos appellari voluit Minores, ne iniquebat; humilitatis obliiti, majores esse appetent.

S. Franciscus de Paula, se institutos, Minimos nuncupavit; & tales vetè esse jussit, atque se tales hæcenus profitentur.

\* Miraculum.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

**M**iraculum. Græcè *δαιμόνιον*, fluit à verbo Hebræo *Tama*, miratus est cum stupore, obtupuit. Idem etiam *Timmebon, Zach. 12. 4.* Admiratio, stupor, ad miracula enim adstantes stupent; & nil aliud possunt quam res mirari, quarum causas ignorant.

Est autem miraculum res, quæ unde manaverit, aut qua ratione constiterit, dignoscere est arduum, ut *olicitur ex proleg. ult. c. 1. libri Val. Max.*

Accuratius tamen, & propriè à Theologis definitur miraculum, opus aliquod superans virtutem creatam. Nondum quod superat virtutem humanæ naturæ, aut omnis naturæ; quia quæ superant tantum virtutem naturæ humanæ, non sunt miracula, sed solum hominibus mirabilia: nulla autem sunt quæ omnis naturæ virtutem superant, cum nihil superet naturam Dei, aut illius virtutem.

Ut autem dignoscatur, quanam vim naturæ creatæ superent, plura consideranda docet *Joann. Marsdus in Tract. de Fide q. 1. ar. 5. sect. 3.*

Ac imprimis quidem quanta vis in sit rebus naturalibus, ipsique corpori animato: deinde quantum peritiam habeat demon ad eas loco movendas, earumque virtutem dignoscendam, quam separatim, aut mixtam cum aliis rebus habeant. Expendenda etiam erit virtus rerum naturalium, quam habent, dum assumuntur tanquam instrumenta Spiritus Anglici: videntur enim ea occasione ad plura, quæ aliis absque illis non fierent; ad eum penè modum, quo instrumenta rerum artificialium applicata per illum qui is potest uti. Denique sciendum, nonnulla fieri interdum miraculo divino, quæ ex demonis fieri possent, nisi per Dei providentiam impediretur, aut propria malicia facere nollet.

S. Augustinus ait, Miraculum voco quidquid arduum, aut insolitum supra spem, aut facultatem mirantis apparet. *De util. credendi cap. 16.*

QUATUOR GRADUS MIRACULORUM.

Ut miraculi natura magis illuceat, & verum à falso aptius discernatur, quatuor Miraculorum gradus à Theologis statuantur.

Primus est, quando miraculum superat vires totius creaturæ, secundum substantiam ejus, quod fit: quale est, quod duo corpora sint in eodem loco; quod Deus fecit, quando ranæ in Ægypto ad lectos regios per parietes penetrabant. Quomodo secundum traditiones Hebræorum, accipiendum erit illud *Psalm. 104.* Edidit terra eorum ranas in penetrabilibus Regum ipsorum. Item quando Christus de virgine natus est, de clauso sepulchro surrexit, clausis manibus intravit ad discipulos, corpus item intulit caelo; & quotidie in Sacramento altaris, quando quantitatem corporis Christi ponit simul cum quantitate panis.

Secundus gradus est, quando miraculum superat vires creaturæ, non secundum substantiam, sed quia per creaturam H ex tali materia, aut in tali subiecto produci non posset, quomodo productio hominis ex limo terræ, aut resuscitatio mortui, est miraculum.

Tertius, quando neque secundum substantiam, neque secundum materiam; sed solum secundum modum producendi superat; ut si morbus curetur sine ullo medicamento, aut omnino subito, cum per vires naturæ non fuerit curabilis, nisi sensim, & adhibito medicamento.

Quartus, & infimus gradus erit, quando neque secundum substantiam, neque secundum eandem materiam, neque secundum modum est demoni esse impossibile: sed aliunde constat non demonem, sed Deum mirabilem hunc effectum operari. Constat autè, ut infinuavimus, ex duplici capite. Nimirum, vel ex providentia Dei id exigente, quomodo constare poterat, *3. Reg. 18.* ignem qui ad preces Eliæ descendebat, non descendisse ope diaboli, sed virtute Dei: providentia enim Dei, quæ non patitur noscentari supra id, quod possumus, exige-

bat, ne post ejusmodi Prophetam sui stipulationem, sinceretur, A diabolus exaudire per ignem. Vel sane ex diabolica malitia, & effectus utilitate: quomodo quando ad memorias Sanctorum fanitates sunt, constat illas non provenire ab invidio hoste humani generis diabolo, nisi forte & illud simul ad Dei providentiam referre malis: sanandi enim, ut & ditandi potestatem, nunc diabolo Deus non permittit, ne homines infirmi tententur supra id, quod possunt. In fine tamen mundi sentiunt veteres quidam, Deum permittitur Antichristo potestatem fanitatum. Quod idem de divitiis docent Theologi, ex illo Danielis 11. Dominabitur thesaurorum auri, & argenti.

AUCTOR.

Miracula esse proprium opus Dei, sicut sigillum est proprium opus Principis, Scriptura testimonio docemur, & ipsa miraculis natura convenit. Unde Pharisei ad Christum, Joanni. 3. Scimus, quia es Deo venisti magister: nemo enim potest hanc signa facere, quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Ipse etiam Dominus: Opera, quae ego facio, illa testimonium perhibent de me, & hoc dicit esse testimonium majus Joanne.

Mulier illa, cujus filium suscitavit Elias 3. Reg. 17. dicebat: B Nunc in isto cognovi, quoniam vir Dei es, & verbum Dei in ore tuo verum est. Etiam Elias ad miraculum faciendum provocat ad Deum, dicens: Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Ibid. cap. 18.

Quin & Judaei fenebant, demonium non posse aperire oculos caeci nati, quod observat Chryso. hom. 60. in Ioan.

Coram Pharaone malefici deficiebant in producendis potentis, & signis: unde dicebant, dignus Dei est hic. Exod. cap. 8. neque etiam signa per eos virtute demonis producta erant talia, quae superabant vim totius creaturae, unde etiam discrimen facti sunt inter sua, & ea miracula, quae fiebant per manum Moysis. Neque enim demon vera miracula potest edere. Mirabilia facere potest juxta superiora, eorumque nonnulla exempla producemus infra, Tit. miracula Magica.

NECESSITAS, UTILITAS, QUANTA, ET QUANDO.

Miracula perutilia, immo necessaria fuerunt in exordio praedicationis Evangelicae ad corroboranda fidei dogmata: tanquam sigilla verae doctrinae a supremo Doctore in eum finem data. Unde Christus non solum sua praedicatione, sed & miraculis conatus fuit persuadere, quod esset Messias, quia praeditum erat Messiam miracula facturum. Isa. 35. Hinc rogatus a Discipulis quos miserat Joannes, an ipse esset Messias, qui expectabatur, respondit: Euntis renunciate Joanni, quae audistis, & vidistis: Caeci vident, claudi ambulant, &c. Matth. cap. 11. Quando tamen aliunde constat de sanctitate praedicatoris, & non alia dicuntur, quam quae receptae doctrinae, librisque receptis sunt conformia, non est opus miraculis. Constat in Joanne Baptista, quem omnes tanquam Prophetam habebant & tamen nulla per eum sunt edita miracula: eoque non obstante putabatur esse Christus. Praedicationem nihilominus suam probavit tanquam praeditam per illud Isaie 40. Vox clamantis, &c.

Ceterum qui nova praedicatione contendit ea, quae miraculis pluribus stabilita sunt, & per plura saecula in Ecclesia observata, & credita, convellere, & labefactare, omnino necessaria ei erunt miracula, quibus se legitime missum ad docendam, & doctrinam suam a Deo inspiratam stabilit, & confirmet. Qua de re dicemus multa in loco de Missionibus, & constabit infra, Haereticos nunquam in confirmationem novitiae suae, & falsae doctrinae miracula fecisse. Miracula autem in confirmationem alicujus doctrinae exhibita, eam non modo credibilem reddunt, sed & credendam faciunt. Unde si quae a Donatistis, aut aliis haereticis obtruduntur, vel confida fuerint, vel talia, quae demonis virtutem non excederint, ut elegerant probat Augustinus Epist. 165. Et lib. de unit. Eccl. c. 19.

Vide infra Tit. Miracula Haereticorum falsa.

Si enim Deus permitteret, ut haereticis in confirmationem suorum errorum vera ederent miracula, non video, cur non ipsidem omnes essent adhaesuri: nam fides miraculis confirmata, est credenda. Sic ut recte dixisse existimet Ricbard. de S. Vidore lib. 1. de Trinit. c. 2. Nonne, cum omni confidentia Deo dicere poterimus: Domine, si error est, a teipso decepti sumus. Nam ista in nobis tantis signis, & prodigiis confirmata sunt, & talibus, quae non nisi per te fieri possunt.

\* MIRACULA FACTA

IN CONFIRMATIONEM POTENTIAE. Missionis. Doctrinae. Sive fidei divinae. In veteri testamento.

EX SCRIPTURA SACRA.

Creatio rerum fuit ita mirabilis, quod ejus notitia non nisi per revelationem venire potuit ad hominem. Nam secundum Gregorium sup. Ezech. de praeteritis Moyses prophetauit, dicens: In principio creavit Deus caelum, & terram: non quia praedixit ventura, sed quia prodidit occulta. Gen. 1.

Tempore diluvii salvavit Dominus Noe cum uxore, & tribus filiis suis, & uxoris eorum: tum etiam de cunctis animalibus masculum, & foeminae fecit servari per arcam. Gen. 7.

Pratum pionem hominum, curram usque ad caelum adificare volentium, repressit Dominus, confundendo linguas eorum. Gen. 11.

Mirabiliter natus est Isaac, idem mirabiliter liberatus, quando debuit immolari, arietem inter vepres haerentes. Genes. 21. & 22.

Quam multa Dominus fecerit miracula per Moysen, cum eduxerit filios Israel de Aegypto. Exod. 7. 8. 9. & 10.

Grande miraculum fuit, quod nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem populo exeunti de Aegypto ad terram promissionis. Exod. 13. 14.

Memorandum, & terribile miraculum fuit in divisione, & exsiccatione maris rubri, quando transierunt filii Israel sicco pede, Aegyptii vero in mediis fluctibus obvolui. Exod. 14.

Per lignum Moysi ostensum dulcorare sunt aquae. Exod. 15.

Misit Dominus murmuranti populo coturnices: & postea pluit illis manna ad manducandum: & deduxit aquam de petra in abundantia ad bibendum. Exod. 16.

Murmurantibus, & desiderio carnis flagrantibus in deserto filii Israel, misit Deus carnes in abundantia, licet in malum eorum. Num. 11. Ubi notari potest, quod miracula non sunt semper signa divinae dilectionis in eos, quibus fiunt, Exod. 17.

Occasione seditionis Chore, & conplium suorum miracula contigerunt. Num. 16. & 17.

Percussit filii Israel a serpentibus ignitis, & aspicientes serpentem aeneum curabantur. Num. 21.

Veniens Balaam ad maledicendum populo Dei, redargutus fuit ab Asina, cui infidebat. Num. 22.

Adduxit Dominus F. Israel per desertum quadraginta annis, & non sunt attrita vestimenta eorum, nec calcamenta vetustate consumpta. Deut. 29.

Ingressis F. Israel fluvium Jordanis intumescere aquae superiores ad instar montis, inferiores in mare mortuum descenderunt. Jos. 3.

Post septem circumitus filiorum Israel, mari Jericho corruerunt. Jos. 6.

Obedivit Dominus voci Josue dicentis, Sol contra Gaboon non moveris. Jos. 10.

Immisit Dominus gladium in omnibus castris Madian, & mutua se caede truncabant: sique per paucos milia debellati fuerunt. Judic. 7.

Per arcam Domini a Philistaeis captam multa fuerunt facta miracula. 1. Reg. 5.

Jonathas, & armiger ejus tot de Philistaeis percusserunt, quod factum est miraculum, & turbata sunt castra. 1. Reg. 14.

Magnus fuit & hoc, David juvenis inexpertus, inermis prevaluit adversus Philistaeum fortem armatum Goliath. 1. Reg. 17.

Cum extenderet Jeroboam brachium, ut virum Dei capi faceret, exaruit manus ejus, & altare scissum est. 3. Reg. 13.

Helias legitur fecisse miracula in petendo fieri licentiam, ita quod non pluerit super terram annos tres, menses sex. Corvi quoque detulerunt ei panem, & carnes, bis in die. Olearum, & farina non defecit. 3. Reg. 17. 18. & 19.

Consequenter suscitavit Filium matris familias, postea ignem holocaustum mirabiliter conjunxit a Domino precibus impetravit: acrum post orationem ejus facta est pluvia grandis.

Dehinc Angelus Domini panem, & aquam ei ostendit. 4. Reg. 1.

Item

Item ad preces ejus duos quinquagenarios ignis de caelo consumpsit, quinquaginta viros similiter cum uno quoque.

Tandem divisit pallo aquas Jordanis, & in curru igneo receptus est in caelum. 4. Reg. 2.

Similia multa de Eliazo quoque Eliseus mulieris viduae debitis obligatae oleum augmentavit. 4. Reg. 4.

Idem mulierem Sunamitam filium habere fecit: deinde eundem mortuum suscitavit.

Apposita farina in olla, prius amara olera dulcoravit, & panes multiplicavit filiis prophetarum. Ibid.

Sanavit idem a lepra Naaman Syrum, fecit super aquas nataterrum. 4. Reg. 5.

Absens tanquam praesens multa cognovit. Currus igneos Angelorum a puero suo videti fecit. Item Regem Syriae occidit percussit. Item multoties futura praedixit: ut patet 4. Reg. 7. 8. & 13.

Cada ver hominis mortui tangens ipsius ossa, defunctus resurrexit. 4. Reg. 13.

Obidente Rege Semmarchib civitatem Lachis, percussit fuerunt una nocte centum octoginta quinque millia virorum tempore Ezechiae. 4. Reg. 19.

Mirabile fuit valde, quando ad petitionem Ezechiae Sol retrocessit per decem lineas in horologio Achaz. 4. Reg. 20.

Congregati sunt contra Josaphat filii Amon & Moab, & de monte dei, cum canerent laudes Deo Levita in exercitu Josaphat, adversarii in fmetiplos verbi mutui concidere vulneribus. 2. Par. 20.

Tobias quatuor annis fuit caecus, & deinde juxta consilium Angeli ad linitonem de felle piscis lumen recepit. Tob. 11.

Memorandum fuit miraculum de Tribus sociis Danielis de fornace ignis ardentis tam magnifice liberatis. Dan. 3.

Tum etiam, & quod Daniel ipse cum Leonibus uno die, & postea septem diebus remansit illaesus. Dan. 6. & 14.

Occasione Jone mare fuit commotum, quo projecto, piscis cum glutivis, & per triduum ibi vixit, & postea sanus exivit. Jona. 1. 2.

Expertus est Heliodorus divinam virtutem, quando voluit spoliare templum, fuitque a duobus juvenibus gravissime verberatus. 2. Mach. 3.

Adversus Galatas in Babylonia 6000. hominum peremerunt 12000. hominum propter auxilium illis ex caelo datum. 2. Mach. 8.

EX NOVO TESTAMENTO.

Ubi obiter notandum, solam Ecclesiam Catholicam clarescere gloria miraculorum, ut per quae ipsius fides fuerit ab initio stabilita: & quicunque ad eam plantandam missi leguntur, missionis vice referant, miraculorum productionem, ceu literas, ut vocant Credentibus exhibuerunt: quae de re infra tractabimus in loco de Missionibus. Unde & Marcus Evangelium suum concludit. Illi autem profecti, praedicaverant ubique, Dominus cooperante, & sermone confirmante sequentibus signis. Neque enim Deus unquam permittit miracula vera fieri ad confirmationem falsitatis. Confirmat id Apostolus dum dicit: sermone & praedicationem suam non fuisse in persequi subilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione Spiritus, & virtutis.

Quocirca profectus non parum, ad ostendendam veram esse Ecclesiam, in qua donum miraculorum perdurat, si per compendium doceamus, quomodo haec omnino saeculis claruerunt miracula. Praemittemus ea, quae de Christo illius capite, & Apostolis fundatoribus primo saeculo patrata, in Scriptura novi Testamenti traduntur.

Angelus Domini apparuit Zachariae nuncios ei ex parte Dei, quod uxor ejus Elisabeth sterilis, & anus pareret ei filium, qui incredulus ad verbum Angelum, murus effectus est usque ad circumcissionem pueri, & tunc loquela restituta est ei. Luc. 1.

Mirum, & pium fuit, quando ad salutationem B. Mariae quae noviter conceperat Salvatorem, Joannes in utero matris existens, exulta vit, beataque Elisabeth hoc cognoscens, exultavit, dicens: Benedicta tu in mulieribus, &c. Eod.

Idem, & quod Magi venerunt ab Oriente, stella duce, Jerusalem. Matth. 2.

Quantum ad miracula, quae Saluator noster cum hominibus conversatus dignatus est operari, ex Evangelica colligitur historia. Luc. 4. 6.

Qui vocatus ad nuptias Domini Jesus initio signorum, aquam in vinum vertit.

L. B. Theat. vit. Haman. Tom. V.

Non fuit parvum Domini miraculum quando illi de Nazarethica repleti, duxerunt eum ad supercilium montis, ut precipitarent eum: ipse autem transiens per medium illorum ibat. Luc. 4.

Circuibat Jesus, obtuleruntque ei omnes male habentes, & curavit eos. Matth. 23.

Item ipse tres mortuos suscitavit, videlicet, filium Archilys-nagogi, filium viduae extra portam civitatis delatum. Luc. 7. tertium Lazarum. Matth. 9. Marc. Luc. 8. Joann. 11.

Deinde leprosos undecim. De uno Matth. 8. Luc. 5. De aliis decem simul mundatis. Luc. 17.

Postea sex caecos legitur illuminasse. De duobus simul, Matth. 9. De aliis duobus, Matth. 20. De uno alio, Marc. 8. Veniunt Bethsaida, &c. de caeco. Joann. 9.

Demoniacos autem septem specialiter liberavit. De duobus, Matth. 8. quorum unus, qui erat famosior, & nomen sibi Legionem esse dicebat, tangitur id, Luc. 18. De uno alio, qui erat caecus, & mutus, Matth. 12. de quodam Lunatico, qui non poterat liberari, nisi jejunio, & oratione, Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9. Et de quodam spiritu immundo ab homine in synagoga Judaeorum ejecto tangitur, Marc. 1. Luc. 4. Et de filia mulieris Chananae ad instantiam matris sanata. Matth. 15.

Tum & secundum litteram narratur. Luc. 8. ejusdem septem demonia de Maria. Et hoc ipsum dicitur Marc. 16.

Cum socrus Simonis teneretur a magno febribus, imperavit Jesus febri, & continuo furgens, mimilrabat eis. Matth. 8. Marc. 1. Luc. 4.

Paralyticum per tegulas, & tectum demissum sanavit. Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5.

Hydropicum quoque dum sabbato in domo Pharisei comederet, incurvatamque mulierem, nec sursum recipere valentem erexit: hominem manum aridam habentem, extendere fecit. Matth. 12. Marc. 3. Luc. 6. Luc. 13. & 14.

Sanavit quoque verbo servum Centurionis, qui jacebat Paralyticus. Matth. 8.

Turbae multae habentes secum multos caecos, claudos, debiles, & alios multos, proiecerunt eos ad pedes ejus, & curavit eos. Matth. 15.

Item surdum fecit audire, & mutum loqui. Matth. 7.

Filium Reguli de Capharnaum, incipientem mori ad vitam reduxit. Joann. 4. Matth. 9.

Fluxum sanguinis in muliere Haemorrhoidis cessare fecit. Cactu sibirica. Marc. 5. Luc. 8.

Tempestate valida in mari, ipso dormiente commota, imperavit ventis, statimque venti, & mare obediunt ei. Matth. 8. Marc. 4.

Ambulavit discipulis admittantibus supra mare, & Petrum ambulare fecit super eodem, & incipiente mergi, manu extensa, salvavit. Joann. 6.

Pulchrum miraculum ostendit illis tribus discipulis in sua transfiguratione. Marc. 17. Marc. 6.

Item & de quinque panibus, & duobus piscibus quinque millia hominum satiavit, & sublatis fuerunt duodecim cophini. Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9. Joann. 6. Luc. 6.

Quatuor millia hominum alia vice refecti de septem panibus, & paucis discipulis super fuerunt septem sportae. Matth. 15. Marc. 8.

Idem sicut habentem folia sine fructu maledixit, continuo aruit. Matth. 25. Matth. 11.

Auriculam per Petrum servo Principis amputatam, benigne restituit, & Petrum super hoc increpavit. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Cum autem Saluator penderet in cruce, a sexta hora diei usque ad horam nonam tenebrae factae sunt per universam terram; Luna existente decima quinta, & in parte caeli opposita, quod Sol per illam Lunam nullatenus poterat eclipsari. Et velum templi scissum est, & monumenta aperta. Joann. 18. Matth. 28.

Resurgente Domino, tertius motus factus est magnus. Angelus Domini descendit de caelo, & accedens revoluit, &c. Praeterea autem exterriti sunt custodes. Matth. 28.

Deinde apparuit discipulis januis clausis. Et ad mare Tyberiadis, ubi ad praecipitum ejus mittentes rete in mare, impletum est magnis piscibus centum quinquaginta tribus, & cum tanti essent, non est scissum rete. Luc. 24. Joann. 20. Joann. 21.

Tandem quadraginta dies post resurrectionem suam apprensit discipulis, & eos increpans, & instruens. Videntibus illis, atque admittantibus illis, elevatus est in caelum, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Marc. 16. Luc. 24. Act. 1.

Kk 4 Pradicta

Prædicta miracula in specia tanguntur : alia verò plurima fuisse facta in generali leguntur, sicut apparet in diversis locis, in *Mati. Marc. Luc. unde Joan. 20.*

Multa quidem alia signa fecit JESUS, quæ si feriberentur, totus mundus non caperet libros, &c. *Joan. 20.*

Miro modo fuit magnum miraculum de effusione Spiritus S. super discipulos in die Pentecostes. Unde fuerunt ita roborati, consolidati, & illustrati. *Act. 2.*

Videns Petrus hominem claudum juxta portam Speciosam templi, in nomine Jesu dixit: Surge, & ambula, & apprehensa manu ejus dextera, allevavit eum, & consolidatae sunt bases ejus, & plantæ. *Act. 3.*

Ananias, & Saphira uxor ejus ob defraudatum agri pretium morientes ad pedes Petri ceciderunt. *Act. 5.*

In placis ponebant infirmos in lectis, & grabatis, ut veniente Petro factem umbra illius obumbraret quendam illorum, concurrebat autem multitudo vicinarum civitatum, & sanabat omnes. *Eod. Act. 5.*

Præcipue Sacerdotum, & qui cum illo erant iniecerunt manus in Apollotus, posueruntque eos in custodia publica. *Act. 13.*

Angelus autem Domini per noctem carcerem reclusit, & eduxit eos.

Prædicante Philippo in Samaria, multi, qui habebant spiritus immundos clamantes exibant. Multi etiam paralytici, & claudi curati sunt. *Act. 8.*

Mirabile, & amabile factum fuit, quod Saulus, dum iret Damascus, ad capiendum Christi discipulos, cecidit lumine circumfusus, in terram prostratus est, sed iterum illustratus, quamvis extra occubatus.

Ananiam paralyticum ab aenea octo jacentem in grabato Petrus sanavit, dicendo: Aenea, sancte Dominus Jesus. *Act. 9.*

Ejecit omnibus foras Petrus ponens genua oravit. Et conversus ad corpus Tabithæ mortuam, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos, & viso Petro resedit. *Act. 9.*

Petrus in carceratum catenis duabus vinctum, & sexdecim militibus diligentissime custoditum, Angelus Domini solutum eduxit, & porta ferrea ultro aperta est eis. *Act. 12.*

Elymam magum, pseudopropheta Judæum Paulus privavit lumine oculorum, eo quod ipse proconsulem Paulum à fide avertebat, & Apollolis verbum Dei prædicantibus resistebat. *Act. 13.*

Civitate Lystris erat quidam vir claudus ex utero matris foe, qui nunquam ambulaverat, quem intuens Paulus dixit voce magna: Surge super pedes tuos rectus: Et exiit, & ambulavit. *Act. 14.*

Quædam puella habens spiritum pythonem, magnum quantum præstabat Dominis suis divinando. Hac sequebatur Paulum, & Lucam, clamans, & dicens: Isti homines servi Dei excelli sunt. Paulus autem dixit spiritui: Præcipio tibi in nomine Jesu exire ab ea. Et exiit eadem hora. *Act. 16.*

Cum essent Paulus, & Silas in carcere laudantes Dominum, subito terræ motus factus est magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris, & statim aperta sunt ostia omnia, & universorum vincula soluta sunt. *Eod.*

Virtutes non modicas faciebat Deus manu Pauli, ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore ejus sudaria, vel feminecia: & recedant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. *Act. 19.*

Quidam Judæi tentaverunt invocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu Christi, dicentes: Adjuro vos per Jesum, quem Paulus prædicat. Respondens spiritus dixit, Jesum novi, & Paulum scio, vos autem qui estis? Et inhiens homo, in quo erat dominum, dominatus est eorum, ita ut nudus, & vulneratus effugerent. *Eod.*

Una Sabbathi Paulus disputans proraxit sermonem usque ad mediam noctem: Sedens autem quidam adolescens super fenestram, cum urgeretur somno gravi, cecidit de convallio tertio deorsum, & sublatus est mortuus. Ad quem dum descendisset Paulus, incubuit super eum. Adduxerunt autem puerum viventem, & consolati sunt nimis. *Act. 20.*

Tempore hyemali cum evassisset Paulus, & socii ejus de contracia navi, & calefacerent se ad ignem, viperæ à calore procedens invasit manum Pauli, quam ille excutens in ignem nihil mali passus fuit: cum tamen crederetur ab hominibus regionis illius illico mortuurus. *Act. 28.*

Patrem Publii febribus, & dycentria laborantem Paulus facta oratione, & manuum impositione sanavit: quo facto om-

nes, qui in insula illa habebant infirmitates, accedebant, & curabantur. *Eodem.*

EX HISTORIIS SACRIS. A. Card. Bellarm. citatis.

Secundo seculo habemus miracula Christianorum militum in exercitu M. Antonii, de quo videtur Tertull. in lib. ad Scapulam, & in Apolog. c. 5. Euseb. lib. 5. hist. cap. 5. & Oros. lib. 7. hist. cap. 15. & ipsam epistolam Imperatoris ad Justinum opera adjunctam.

Tertio seculo habemus miracula Gregorii Thaumaturgi, de quibus vide Basil. lib. de Spiritu S. c. 19. Greg. Nysseni in vita ejus. Hieronymum de viris illustribus, & Euseb. in versione Rufini lib. 7. c. 25.

Quarto seculo habemus miracula Antonii, Hilarionis, Martini, Nicolai, & aliorum, scripta ab Athanasio, Hieronymo, Sulpitio, & aliis.

Quinto seculo habemus miracula plurima, quæ describit August. facta suo tempore, lib. 22. de civit. Dei, c. 8.

Sexto seculo habemus miracula, quæ narrat Greg. in Dialogis, ubi narrat duo facta à Romanis Pontificibus, Joanne, & Agapeto, lib. 3. c. 2. & 3.

Septimo seculo miracula facta in Anglia à S. Augustino, & sociis, de quibus Greg. lib. 9. epist. 58. & Beda lib. 1. hist. cap. 13. Item ab Oualo Rege per lignum crucis, lib. 3. c. 2.

Octavo seculo miracula S. Cuthberti, & S. Joannis in Anglia, teste Beda lib. 4. & 5. hist.

Nono seculo miracula Tharasi, scripta ab Ignatio Niceno. Item alia innumerabilia omnis generis facta in civitate Suelionensi in translatione reliquiarum S. Sebastiani martyris, quæ facta est ann. Dom. 1326. de qua vide Annales Francorum, scriptos summa fide ab auctore, qui in illo ipso tempore floruit.

Decimo seculo, miracula S. Romualdi, scripta à B. Petro Damiani: Item Venceslai Regis Boemorum, S. Udalrici, & S. Dunstani, de quibus vide Surium.

Undecimo seculo, miracula S. Eduardi Regis, & Virginis. Anselmi, Greg. Pap. VII. & aliorum. Post illa undecim secula.

Duodecimo seculo, claruerunt in Ecclesia Catholica miracula B. Malachias, & B. Bernardus. De Malachia Episcopo legato Pont. Rom. sic scribit Bernardus in vita ejus, postquam narravit multa ejus miracula: Quo, inquit, antiquorum genere miraculorum Malachias non claudit? si bene advertimus pauca ipsa, quæ dicta sunt, non propheta defuit illi, non revelatio, non gratia sanctorum, non mutatio mensium, non denique mortuorum suscitatio.

B. autem Bernardus Monachus, & pater Monachorum, ac Romanis Pontificibus addictissimus, pluribus miraculis claruit, quam ullus sanctorum, quorum vita scriptæ extant: Nam una die in Constantinensi diececesi consistat, cum illuminasse cecos undecim, curasse mancos decem, & claudos decem & octo, ut scribit Gotfridus, qui cum ipso vixit, lib. 4. c. 4. vitæ ejus, & præterea omnes quinque libri plenissimi sunt miraculis, ut districte sumis lecti, eorum numerum imit.

Decimo tertio seculo, claruerunt in Ecclesia Catholica multi, sed præcipue beatus Franciscus, cujus vitam miraculis plenissimam scribit beatus Bonaventura: Item beatus Dominicus, cujus vita, est negligentius scripta fuit, & H. men consistat, cum tres mortuos excitasse. Claruerunt eodem seculo B. Petrus Martyr, & B. Thom. Aquinas ex Ord. Prædicatorum, & B. Antonius, ac B. Bonaventura ex Ord. Minorum, de quibus vide Antonium 3. part. hist. tit. 23. & 24. & ad fines ejus sæculi claruit miraculis plurimis B. Cælestinus V. Pontif. Romanus, tam ante Pontificatum quam postea, ut scribit in ejus vita Petr. Card. Cameracensis.

Decimo quarto seculo claruerunt miraculis etiam multi, sed præcipue S. Bernardinus, S. Catharina Senensis, S. Nicolaus Tolentinus, de quibus vide Antonium ubi supra.

Decimo quinto seculo, claruit S. Vincentius vivus, & mortuus miraculis plurimis, adeo ut B. Anton. in 3. part. hist. tit. 23. dicat, consistere de 38. mortuis per eum excitatis: Idem B. Antonius eodem seculo miraculis claruit, cujus vita extat apud Surium.

Denique hoc nostro seculo claruit in primis sanctus Franciscus de Paula plurimis miraculis, ut in Bulla extat apud Surium.

Claruit

Claruit etiam in Indiis omni genere miraculorum B. Franciscus Xaverius Socii JESU Presbyter; constat enim ex Indiis literis, quas ii, qui cum eo versabantur, huc miserunt, ab eo paralyticos, surdos, mucos, cecos esse curatos, mortuum quoque ad vitam revocatum, & cum mortuus deferretur ad insulam Goamæ Malacca, maris tempestatem sedatam, denique post xv. menses corpus ejus è morte intergrum, & suavit olens reperitum, cum tamen jacuisset per multos menses calce obrutum: nec dubium est, quin usque ad hanc diem integrum, & incorruptum conservetur. Claruit B. Carolus Borromæus S. R. E. Card. ex Vita ipsius, & Canonizationis diplomate vincitur.

\* MIRACULA IN SPECIE PATRATA,

Ad confirmandam Catholicam Fidem.

Puta.

CURATI DÆMONIACI.

Qui Danielis Stylizæ alia collegit, hoc inter cætera memoria dignum refert: Quidam Cyro, qui prius quidem fuit Præfex, postea autem ad sedem Episcopalem civitatis in Phrygia, cui nomen erat Cotycum, evedtus est, & ab illa postea discesserat, propter quandam motam adversus eum calumniam, erat illa nomine Alexandra, quæ graviter vexabatur à dæmone. Ejus ergo pater, cum fasset Daniel venire in mentem, ad ipsum ducit filium, naturali benevolentia alium committens ardorem, nempe fidei. Simulque ergo Sancti manus ejus capere fuerunt impostæ, fugatus est spiritus; & quæ laborabat, illam confecta est fana. Porro autem hinc quoque miraculo fuit alterum conjunctum. Jam vero Cyrus Sancto valde confidens, ejus utebatur gratia. Unde etiam uxorem, qui futurum agitur fuerat mandata cura, quæ ipsa quoque erat dæmoniacæ, duxit ad ipsum. Nec eum sua fœdellâ fiducia, sed ea quoque cum filia mundata fuit à rabie dæmonis. Ex Metaph. & Sur. 11. Decemb. Baron. Tom. 6. ann. 1467.

Eandem quoque virtutem eiciendi dæmones ostendit S. Hilarion Abbas in Maritima: Hic Maritima fortissimus juvenis de territorio Fumentino tantum valebat viribus, ut quindecim frumentis modios diti, longæque portare, & hanc habebat palmam fortitudinis suæ, si alios vinceret. Hic afflictus pessimo dæmone, non catenas, non compedes, non clausura ostiorum integra patiebatur multorum nasum, & labia moribus sui terrorem omnibus incusserat, ut oneratus catenis, & funibus in diversa tentatum, quasi ferocissimus taurus ad monasterium Hilarionis pertraheretur. Quem postquam fratres viderent, perterritus (erat enim mira magnitudinis) indicaverunt Patri. Ille, sicut sedebat, justitiam eum ad se pertrahit, & dimittit, solutoque, in illa, ait, vultu, & vultu. Tremere ille, & cervicem flexere, nec aspiceret contra aures, omni que ferocitate deposita, pedes cepit sedentes lambere. Adpuratus itaque dæmon, & tortus, qui juvenem possederat, seipsum die egressus est. D. Hieronym. in vita S. Hilarionis.

Cum S. Svybertus Vverdensis Episcopus, ex Anglia in Germaniam ad Borussiaos venisset, anno ab incarnatione Domini septingentesimo quinto, statim salubriter verbi divinitus præcepta solidis ipsorum cordibus evangelizando tradidit, iteraque eorum mentes tetraginis oratione caliginibus cæcæta Evangelicæ prædicationis lumine perlustravit, gloriosius apparuit in verbis, & sanctus in operibus suis, ita ut à plurimis idolorum superstitionibus ad fidem Christi profecto convertendo, in radice veræ fidei miraculorum prodigiis, solidando confirmaret. Ad id verè plurimum fecit dæmoniaci occasio: Erat, inquit, eodem tempore in quadam Borussiaorum villa, Vellembecch nomine, vir quidam dives, & potens, Ethelhere dictus, obsessus à dæmone, ferro, & catenis adductus, eò quod omnes moria arripere, & vestes proprias lacreret. Erat autem idem Ethelhere incitator aliorum, & primus, qui sanctum Svybertum baculo impetere non formidabat. Qui cum quotidie dire vexaretur, & nullis visitaret, tandem quadam die, presentibus nonnullis idolorum Sacerdotibus, & aliis Paganis ipsi condolentibus, dæmon clamare cepit: Nihil huc venit servus Dei viri Svybertus Christianorum Episcopus, hinc non egre-

diar. Cùmque magis, ac magis hæc iterando clamaret, confusi abscesserunt idololatæ, & amici dæmoniaci, perplexi, & dubii, quidnam facerent. Demum communi omnium deliberatione ab ipsis Sanctus Svybertus quaritur, & inventus obnixè rogatur, & invitatur ad visitandum dæmoniacum præfatum. Igitur sanctus vir fratero tactus dolore, dæmoniaci compatiens, cum iret cum suis Presbyteris, & clericis, effectus in via ad visitandum eum, mox cepit dæmoniacus spumare, dentibusque disrèdare, & horribiliter vociferando clamare plus solito; de quo præfates valde gementes mirabantur, sed sancto Svyberto appropinquante domui, cessavit dæmoniacus, jacens in lecto, ac si somno dulciter pressus esset. Quem sanctus cernens præcepit suis, ut omnes orationibus devotè vacarent, & ipse orationi incumbens Deum devotissimè precabatur, ut ad laudem, & gloriam sanctissimi nominis sui, & ad conversionem incredulorum, dæmoniacum expulso dæmone liberaret: surgensque cum suis ab oratione, signavit dæmoniacum signo salutiferæ Crucis, dicens: in nomine Domini nostri Jesu Christi præcipio tibi, imunde spiritus, ut exeat ab hac Dei creatura, ut agnoscat verum suum Creatorem, & Salvatorem. Statim cum fectore spiritus malignus exiens, clamare cepit: non diu in ista permanebis Provincia, serve magni Dei. Nam sicut me ab hac meâ habitatione expulisti, ita expelli refaciam ex ista terra, & Provincia. F. Ethelhere verè dæmonio liberatus, surgens palam, in hærens pedibus S. Svyberti, veniam petens de commissis in eum, baptizari in nomine Jesu Christi instantissimè poposcit, in cujus nomine liberatus fuit. Similiter multi Paganii cum duobus idolorum Sacerdotibus, qui presentibus fuerunt, pedibus sancti Episcopi provoluti, inyterium fidei Christianæ discere, & scire experuntur. Quos Sanctus elevans, docebat divinam sapientiam descendisse de celo ad terram, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, suo sanguine, & benedicta morte in ara Crucis vivificaret. Itaque per tres continuas hebdomadas eos docens, & in fide confirmans baptizavit eis eisdem solummodo quadraginta duos, exceptis parvulis utriusque sexus, & mulieribus. Marc. in ejus vita c. 19. & 20. apud Baron. tom. 8. Annal. ad ann. 705.

Matrona quædam nobilis in vicinis partibus Thuscæ natum habebat, quæ intra breve tempus, quo filium ejus accepit, cum eadem foetu sua ad dedicationem Oratorii B. Sebastiani Martyris fuerat invitata. Nocte verò eadem, qua subsequente die ad dedicationem prædicti Oratorii fuerat processura, voluptate carnis devicta à viro suo sese abstinere non potuit. Cùmque mane factò conscientiam deterreret perpetrata carnis delectatio, processionem verò imperaret verecundia, plus crudelens vultum hominum, quam Dei judicium metuens, cum foetu sua ad dedicationem Oratorii processit. Mox verò ut reliquia S. Sebastiani Oratorium ingrefferat, eandem prædictæ matronæ nuntius malignus spiritus arripuit, & coram omni populo vexare cepit. Eisdem verò Oratorii Presbyter, dum eam vehementer vexari conspiceret, ex altari protinus syndonem tulit, eamque operuit: sed & hunc simul repente diabolus invasit. Et quia ultra vires voluit quidquam præsumere, compulsus est, & ipse cognoscere in sua vexatione quid esset. Hi verò, qui ad eam, puellam in manibus ex Oratorio sublatam ad domum propriam reportarunt. Cùmque hanc antiquus hostis vexatione continua vehementer attereret, propinquus sui eam carnaliter amantem, & amando prosequentes, ad obtinendum salutis remedium maleficis tradiderunt, ut ejus animam funditus H. extinguerent, cujus carni magicis artibus ad tempus profectus conarentur. Ducta est itaque ad fluvium, atque in aquam mersa, ibique diutius incantationibus agere malefici molebantur, ut is, qui eam invaserat diabolus exiret. Sed miro omnipotentis Dei judicio, dum arte perverfa unus ab ea repellitur, in eam subito legio intravit. Cæpit ex illa hora tot motibus agitari, tot vocibus, clamoribusque pertrepere, quot spiritibus tenebatur. Tunc in toto consilio, parentes ejus, suæ perfidie culpam fatentes, hanc ad venerabilem Fortunatum Episcopum duxerunt, eique reliquerunt. Qua ille suscepta multis fe diebus, ac noctibus in orationem dedit, tantoque annis præfatus incubuit, quanto & in uno corpore contra se afflittere legionibus sciem invenit. Quam non post multos dies ita sanam, atque incolumem reddidit, ac si eam jus proprium diabolus nunquam habuisset. D. Greg. Dialog. lib. 1. cap. 10.

Corct

CŒCI ILLUMINATI.

A S. Apollinaris Roma ad nobilem, populofamque Ravennatium civitatem ad nunciandam ibi Christi fidem a B. Petro Apostolo missus est. Cumque non longe Ravenna abesset, mansit apud quandam militem nomine Irenæum. Is ubi relievit ex eo, unde venisset, & quid veller, ait ad eum: Habeo, & hospes, filium oculorum lumine orbatum: si qua virtus est predicationis tuæ, adhibe illi curationem; ut videat, & ego sequar Deum tuum, credens in eum. Mox ad se puerum adduci laeriter jubet Apollinaris, cunctisque videntibus, qui illic aderant, non nisi Crucis signum in oculis cœci expressit, & ait: Deus, qui loco non clauderis, sed ubique es, infer cognitionem filii tui Domini Nostri Jesu Christi in hanc civitatem; nec solum hos oculos corporis illumines, sed etiam interiores in hac urbe degenerum oculos aperias, ut celeriter illis cognoscant Jesum Christum filium tuum esse ipsorum Deum, locus hic mihi cum magna efficacia docendi tribuatur. His dictis, vidit cœcus, & ad volucres pedibus S. Apollinaris, unâ cum parentibus suis in Christum credidit, pariterque baptizati sunt in fluvio non longè à Ravenna. Alex. Lipom. in vita ejus c. 2. 23. Jud. 19. Sur. ibid.

B Cum idem Apollinaris templum dæmonis precibus everteret, commoti inde gentes, tradiderunt illum Thauri judici, ut eum occideret. Is congregatis in pratorium cunctis nobilibus urbis Ravennæ, ita compellavit eum: Oramus te ne cœcitas, qua virtute isthæc facias, & ubinam convenit agas, & miracula efficias, ut tanta turba te sequatur? B. Apollinaris respondit: Virtus alia non est, nisi Domini Nostri Jesu Christi, domum autem Dei habemus in cordibus nostris. Si tamen etiam fabricam requiris, non est procul ab urbe, ubi Christianis proponimus divina eloquia, Tunc Judex dixit: Habesne adjuutores aliquos? Respondit Apollinaris: Habeo permultos. Judex dixit: Est aliqua in te virtus divinitatis? Jam dixi tibi, inquit Apollinaris, esse supernam virtutem Domini nostri Jesu Christi. Thaurus dixit: Habeo filium ab ipsa nativitate cœcæ, & invocavi nomen ejus, quem a suis Crucifixum afferis, & apert oculos ejus, pleneque credemus; verè eum esse Deum; si minus pro tuis sceleribus te comburemus. B. Apollinaris respondit: Veniat in medium cœcus, & jam præsentem dicit: In nomine Jesu Christi apert oculos tuos, & vide. Continuo ille apertis oculis vidit. Stupefacti ea re proceres omnes, qui aderant, dixerunt: Profecto Deus est, qui talia perpetrat, multique ex eis crediderunt in Dominum Jesum. Thaurus autem eruit eum à manibus vulgi, & nocte miit eum in prædium suum, tanquam illic custodiendum, ubi mansit annos quatuor. Idem Alex. ibid. 19. Sur. c. 12.

C Ann. Dom. 484. cum ignis persecutionis jam accenderetur, & flamma infensantis ubique Regis Hunerici arderet, ostendit Deus noster quoddam miraculum per servum suum fidelem Eugenium. Fuit in eadem civitate, id est, Carthagine quidam cœcus, civibus, civitatisque nominibus, nomine Felix. Hic visitatur à Domino, prædicaturque ei noctu per visum, (dies enim Epiphaniæ illum lucebat) Vade ad servum meum Eugenium Episcopum, & dices ei, quia ego te ad illum direxi. Et illa hora, qua benedicit fontem, ubi baptizarentur accedentes ad fidem, continget oculos tuos, & aperientur, & videbis lumen. Qui tali visione commotus, putans se (quomodo assolat) deludi per somnium, surgere noluit cœcus sed cum iterum mergeretur in somnis, similiter ut ad Eugenium pergeret, compegit. Rursus negligit; terribique festinanter, & graviter increpatur. Excitat puerum, qui ei solitus erat manum porrigere. Pergit veloci agilitate ad basilicam Fausti, orat. Veniens cum ingentibus lachrymis suggerit cuidam diacono, nomine Peregrino, ut cum Episcopo nunciaret, indicans se habere aliquod secreti genus intimandum. Audiens Episcopus, iussit hominem introire. Indicat cœcus Antifisti ordinem visionis suæ, dicitque illi: Non te dimittam, nisi mihi, sicut à Domino iustus es, reddideris oculos meos. Cui Eugenius factus: Recede à me, frater; peccator enim sum, & indignus, & super omnes homines delinquens, ut potè qui in hæc tempora servatus sum. Ille autem tenens genua ejus, aliud non dicebat, nisi illud, quod jam dixerat: Sicut iustus es, reddidisti mihi oculos meos. Attendens Eugenius invercundam credulitatem, & quia jam tempus urgebat, pergit cum eo, comitante officio clericorum, ad fontem, ubi fixis genibus cum ingenti gemitu, pulsans singulis oculum, et ipsam benedixit alveum fontis: & cum completa surrexit oratione, ita cœco

respondit: Jam tibi dixi, frater Felix, peccator homo ego sum, sed quæ visitare dignatus es, præstet tibi secundum fidem tuam, & aperiat oculos tuos. Simulque vexillo crucis configante oculos ejus, statim cœcus visum, Domino reddente, recepit. Quem secum, quoque universi baptizarentur, ibi detinuit ob hoc, ne tanto miraculo populus excitatus virum contereret, qui receperat lumen. Fit postea manifestum Ecclesie universæ. Proceidit ad altare cum Eugenio, sicut mortis, qui fuerat cœcus, suæ salutis ablationem Domino reddidit, usquam Episcopus accipiens, altari imposuit. Fit strepitus, gaudio metante, irrevocabilis populorum, statim nunciis pergit ad tyrannum. Ruripit Felix, inquitur ab eo, quid factum sit, qualiterque receperit lumen. Dicit illi esse ordine totum diciturque Arrianorum Episcopi: Hoc Eugenius per maleficia fecit. Et quia oppressi confusione non poterant nubilar, cœ quod Felix universæ civitati manifestus esset, & notus, tamen volebant eum, si fas esset, necare, quem admodum Judæi fustigarum Lazarum cupiebant occidere. Vidor. Uicenf. de pres. Vandal. 12. apud Baron. 10. 2. ad an. 484. 47.

Sacra Evangelice auctoritatis narrat. historia, Dominum Jesum Jericho pergentem ad confirmandam in fide fidei majestatis corda populi præsentis, cuidam cœco ad se clamanti lumen reddidit oculorum, ut per corporale unum cœcum lumen spiritaliter multorum illuminarentur peccata. Ita & S. Vedastus, Deo Christo donante, per judicium illuminationem cœci, fidem, quam verbo prædicavit, in corde Clodovei Regis confirmavit, ut Rex ipse intelligeret, tam sibi esse necessarium cordis lumen, quam cœco oculorum illuminationem. & quod divina operata est gratia per preses famuli sui in oculis cœca nocte castitatis, hoc per sermones ejusdem famuli eadem operante potentia, per spiritualis intelligentiam lucis in suo pectore persicerent. Nam regia excellentia condigno comitatu cum multitudine maxima populorum aegrotantibus illis, venerunt in quandam pagum, qui incolarum terræ illius consuetudine Ungula pagus dicitur, prope Regulicum villam, quæ sita est super fluvium Arnonæ fluminis ripas. Et ecce episcopus fumis fontem transivente cum multitudine populi, obviavit illi cœcum quidam, hujus diutissime solaris expertus lumen, formè necesse cœcus culpa, sed ut manifestetur opera Dei in illo, & per illud illuminationem præsentem plurimorum illuminarentur corda spiritaliter. Qui cum intellexisset à prætercunctibus, Sanctum Vedastum Christi servum in eodem iter agere comitatu, clamavit: Sancte, & electe Deo Vedaste, miserere mei, & supernam pro pectore diligentius deponere potentiam, ut mecum subveniat misericordie. Non autem posco, nec argentum, sed ut mihi lumen per sanctitatis tuæ processum restitatur oculorum. Sensit itaque vir Dei virtutem illi adesse supernam, non ob illius cœci tantummodo orationem, sed plus propter præsentis populi salutem totum se in facras effudit precibus, in divini hinc pietate, & denteram cum signo crucis posuit super oculos cœci dicens: Domine Jesu, qui es lumen verum, qui aperuisti oculos cœci ad te clamantis, apert oculos istius, ut intelligat populus iste præsentis, quia tu es Deus solus faciens mirabilia in celo, & in terra. Mox ille cœcus, lumine recepto, gaudens perrexit viam suam. In quo loco, tempore sequenti, à religiosi viris adhiata est Ecclesia in testimonium miraculi istius. Albin. Flac. in vita S. Vedasti Ep. Arreb. apud Bar. 10. 6. an. 499. 23.

MUTI, ET LINGUA MUTILATI ELOQUIO RESTITUTI A CATHOLICIS.

Plura virtutum miracula fecit vir Sanctus Joannes Ecclesia Hagustaldensis Episcopus: è quibus illud unum hic commemorandum duximus: Est mansio quadam fecretior, nemore raro vallo circumdata, non longè ab Hagustaldensi Ecclesia, id est, unius ferme milliarii, & dimidii spatio, interfluente Thimo anne separata, habens cœmiterium Sancti Michaelis Archangeli, in qua vir Dei sapius, ubi opportunitas ardebat temporis, & maxime in Quadragesima manere cum paucis, atque orationibus, aclectionis quietus operam dare consueverat. Cùmque tempore quodam incipiente Quadragesima ibidem manurus adveniret, vellet ius quæretæ pauperem aliquem majore infirmitate, nisi inopia gravatum, quem secum habere illis diebus ad faciendam cleemosynam posset: Sic enim semper facere solebat. Erat autem in villa non longe posita quidam adolefcens mutus Episcopo notus: (nam sapius ante illum, percipiendæ cleemosynæ gratia, venire consueverat) qui ne unum quidem sermonem unquam profuit

A profari poterat. Sed & se habebat tantam, & furiosam habebat in capite, ut nil unquam capillorum ei in superiori parte capitis nasci valerent, tantum in circuitu horridi crines stare videbantur. Hunc ergo adduci præcipit Episcopus, & ei in concensis ejusdem mansionis parvum turgurium fieri, in quo manens quotidianam ab eo suppet acciperet. Cùmque una Quadragesimæ esset impleta septimana, sequenti dominica justitiam se intrare pauperem. Ingresso linguam proferre ex ore, ac sibi offendere iussit, & apprehendens eum de mento, signum sanctæ crucis linguæ ejus impressit, quam signatam revocare in os, & loquillum præcipit: Dicitur, inquit, aliquod verbum, dicitur, gea, gea, quod est lingua Anglorum verbum affirmandi, & consentiendi, id est, etiam. Dixit ille statim soluto vinculo linguæ quod iussus erat. Addidit Episcopus nomina literarum. Dicitur a, dixit ille: a, dixit ille b: Cùmque singula literarum nomina diceret Episcopo responderet, addidit & syllabas, ac verba illi dicenda proponere. Et cum in omnibus consequenter responderet, præcepit eum sententias longiores dicere, & fecit. Neque ultra concessit tunc die illa, & nocte sequente, quantum vigilare poterat, ac voluntatis, quod nulla aliquid, & arcana suæ cogitationis, ac voluntatis, quod nunquam antea potuit, aliis ostendere. In familiarem illum B. Joanne exiliens stetit, & ambulabat, & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Dominum: gaudens nimirum uti officio pedum, quo tanto tempore erat destitutus. Cujus sanitati congaudent Episcopus, præcedit medicos etiam sanandæ scabredini capitis ejus curam adhibere. Fecit ut dixerat, & juvante benedictione, ac precibus Antifisti nata est cum sanitate cutis venusta species capillorum: factisque est juvenis limpidus vultus, & loquela promptus, capillis pulcherrime crispis, qui ante fuerat deformis pauper, & mutus. Sicque de precepta latius sospitate, offerentem ei etiam Episcopo, ut in sua familia manendi locum acciperet, domum suam reversus est. Beda l. 5. Eccl. hist. c. 2. Sur. in vita ejus 7. Maii.

S. Zoc Nicolitæ uxore ante sex annos nimia morbi infestatione muta erat effecta; facultatem tamen audiendi, & intelligendi multo melius quam prius obtinebat. Hæc itaque cum intellexisset omnia, quæ à B. SEBASTIANO de Christo dicta erant genibus ejus advoluta, rogare eum cepit quibus potuit manuum iudiciis, ut eam liberaret. Videns C. Sebastianus ea animi sensu linguæ expressione declarare non posse, causam ejus silentii percontatus, didicit sermonis copiam nimia illi vi infirmitatis ereptam. Itaque dixit: Si ego verus Christi Jesu servus sum, & vera sunt omnia, quæ ex ore meo hæc mulier audivit, & credidit, jubet Dominus meus Jesu Christus, ut redeat ad eam officia laborum, & aperiat os ejus, qui aperuit os Zachariæ Prophete Domini. Et fecit crucem in os ejus. Statim ergo ad hanc vocem S. Sebastiani exclamavit mulier voce magna, dicens, Beatus est, & benedictus sermo oris tui, & beati, qui credunt per te Christo filio Dei vivi, ego enim vidi oculis meis Angelum ad te venientem è celo, & librum ante oculos tuos tenentem, ex cujus lectione universa sermonis tui oratio decurabat. Benedicti ergo, qui omnibus, quæ locutus es, credunt; & maledicti, qui dubitaverint vel in uno verbo ex his omnibus, quæ audiverunt: quoniam sicut aurora superveniens universis noctis tenebras excludit, & omnium oculis lumen, quod nocte cæca negaverat, reddit: ita lux sermonum tuorum omnem caliginem, omnemque ignorantiam meam cæcitatem exterit, & oculis rectè credentium serenum post noctis tenebras diem reddidit. A me autem non solum incredulitatis tenebras expulit, verum etiam sermonis mei otium sex annis ex infirmitate claudum patefecit. in vita S. Sebastiani apud Surium 20. die Januarii.

In Tyrsapensi, quod gestum est, Mauritanie Majoris civitate, ad laudem Dei infirmate festinamus. Dum suæ civitatis Arrianum Episcopum ex notario Cyrillum ad perdendas animas ordinatum viderent, omnis simul civitas eversione navalis de proximo confugit reliquis paucissimis, qui aditum non invenerant navigandi. Quos Arrianorum Episcopus primò blandimentis: postea minis compellere cepit, ut eos faceret Arrianos: sed fortis in Domino non solum iudicantis infaniam irriterunt, verum etiam publicè mysteria divina in domo una congregati celebrare ceperunt. Quod ille cognoscens relationem occultè Carthagine adversus eos direxit. Quæ cum Regi innotuisset, Comitem quandam cum iracundia

dirigens, præcepit, ut in medio foro, congregata illuc omni provincia, linguas eis, & manus dexterarum radicibus abscinderet. Quod cum factum fuisset, spiritu sancto præstante, ita locuti sunt, & loquuntur, quomodo antea loquebantur: sed si quis incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantianopolim, & ibi reperiet unum de illis Subdiaconum, & Reparatum, sermones politos sine ulla offensione loquentem; ob quam causam venerabilis nimirum in Palatio Zenonis Imperatoris habetur, & præcipue Regina mira eum reverentia veneratur. Vidor. Uicenf. de pres. Vandal. l. 3. Baron. tom. 6. Annal. 484. 87.

Anno Domini 484. Zenonis Justiniani Augusti temporibus, ut ait Gregorius, dum contra Catholicam fidem exorta à Vvandalis persecutio Ariana in Africa vehementer infanseret; quidam in defensione veritatis Episcopi fortiter persistentes ad medium sunt deducti: quos Vvandalorum Rex verbis, ac muneribus ad perfidiam scelerem non valens, tormentis frangere posse, se credidit: Nam cum eis in ipsa defensione veritatis silentium indiceret, nec tamen ipsi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan consensisse viderentur: rapus in furorem coram linguas abscindi radicibus præcepit. Res mira, & multis nota senioribus: quæ ita pro defensione veritatis etiam sine lingua loquebantur, sicut prius per linguam loqui consueverant. Hi itaque eo tempore profugi ad Constantinopolitanam urbem venerunt. Eo quoque tempore, quo proplendis responsis Ecclesie ad Principem ipse transmissus sum, seniores quendam Episcopum reperi, qui se adhuc eorum ora sine linguæ loquentia vidisse testabatur, ita ut apertis oribus clamarent: Ecce videte, quia linguas non habemus, & loquimur. Videbantur enim à respicientibus, ut ferebant, quia abscissis radicibus linguæ quasi quoddam barathrum patebat in gutture, & tamen ore vacuo plena ad integrum verba formabantur. Quorum illo unus in luxuriam lapsus, mox privatus est dono miraculi: rectè videlicet omnipotentis Dei iudicio, ut qui carnis continentiam servare neglexerat, sine lingua carnes non haberet verba veritatis. Greg. l. 3. Dial. c. 32. Baron. Tom. ad an. C. bristi 484.

His mirabilis exemplum refert Marcellinus Comes, cuius ipse oculus testis fuit. Rex Hunericus, inquit, unius Catholici Adolescentis vitam à nativitate sine sermone ducentis linguam præcepit abscindi: idemque mutus, qui sine humano auditu Chritus credens fidem didicerat, mox præcisa sibi lingua locutus est, gloriamque Deo in primo vocis suæ exordio dedit. Denique ex fidelium contubernio aliquos quantos ego religiosissimos præcis linguæ, manibusque truncatis, apud Byzantium integra voce conspexi loquentes. Marcellin. Comes in Chronico apud Bar. Tom. 6. anno Dom. 484.

Onorichus Gizerichi in regno successor quoniam Ariam religionem sequebatur, Christianos in Libya crudelissimè affligebat, cogens eos ad Ariam transire opinionem, quæ recta dogmata venerabatur. Non obsequentes autem igne, & innumeris mortis generibus interimebat, ac nonnullis linguas amputabat. Illos Procopius spectaculo fuisse scribit, cum Constantinopolim profugi venissent, ac perinde ac si nihil perpesti essent, cum iis, in quos incidissent, esse locutos, & quamvis linguæ illorum veluti funditus essent extinctæ, nihil tamen fecius vocem illorum fuisse articulatum, & satis intelligibilia profertentem. Quod miraculum & novum fuit, & insolitum: Et Justin constituto illorum meminit, ex quibus duo prolapsi sunt, sicut ipse Procopius scribit. Cum enim illi mulieribus loqui vellent, voce sunt privati, quod gratia martyrii apud eos non permaneret amplius. Evagr. hist. Eccl. l. 4. c. 14. in Procopio.

HOMINES VARIO MORBO AFFECTI, INCOLUMITATI A CATHOLICIS RESTITUTI.

Cùm aliquando sanctus Casarius Arelatenis Episcopus circa Alpes iter ageret, vir venerabilis sanctus Eucherius Lugdunensis Episcopus cum illo erat. Accidit tum, ut in media via infelix, & morbida mulier eis occurreret manibus, & pedibus contractis per terram reptans. Quam cum esset intuitus beatus Casarius, interrogavit sanctum Eucherium, quid hoc esset, quod illa per terram ita se traheret. Eucherius interrogat foeminam. Illa respondet, se multis annis membris omnibus fuisse contractam. Beatus Casarius dicit sancto Eucherio; Descende, & configura eam. Illo quasi trepidante, & excusante sese, Casarius insistit, & urget. Tandem Eucherius descendit, & confignat eam; atque: Feci, quod iussisti. Dicit



